



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ De Justitia, &
Restitutione in communi

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Mandatum A. R. P. Ministri Provincialis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59506)

Mandatum A. R. P. Ministri Provincialis.

F. FRANCISCUS SELDER, Ord. FF. Min. Recoll. Prov. Argent. MINISTER PROVINCIALIS &c. V. P. DEMETRIO WIDMAN, SS. Theol. Lectori Ordinario salutem in Domino.

Cum post evulgationem Tyrociniorum Sacramentalium à M. V. P. PATRITIO SPORER, Provinciæ nostræ SS. Theol. Lectore Jubilato compositarum, ubique passim, nondum à nostris, sed etiam extraneis tam Religiosis, quam Parochis, avidè affectentur, & optentur cæteræ quoque mæreticæ ab eodem præfato super Decalogum conscriptæ; hinc ut omnium desiderio satisfiat, Tibi ad majus meritum salutatis Obedientiæ hisce injungo, quatenus easdem sedulo colligas, & meliori modo, quo vilum fuerit, disponas, ac dispositas, à te & aliis SS. Theol. Lectoribus ad id deputatis lectas ac censas, prælo opportunè committas. Dabam in Conventu nostro Augustano die 13. Jun. 1686.

(L.S.)

F. FRANCISCUS,
qui supra.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

Cum Sac. Cæsareæ Majestatis Privilegio eautum sit omnibus & singulis Typographis & Bibliopolis, ne libros à nostri Ordinis Patribus editos, vel impostero edendos imprimant, recudant, aut alibi reculos intra S. R. Imperij, Regnorumque ad Ditionum hæreditariarum Domus Austriacæ fines adducant, vendant, vel distrahant absque assensu & facultate dictorum Patrum sub gravissima mulcta &c. Hinc Ego F. FRANCISCUS SELDER, Ord. FF. Min. Recoll. Prov. Argent. MINISTER PROVINCIALIS, JOAN. BAPTISTÆ MAYR, Typographo Aulico & Academico Salisbutgi in impressione Theologiæ Moralis super decem Præcepta Decalogi à M. V. P. PATRITIO SPORER ejusdem Provinciæ Lectore Jubilato, ac Dissinatore compositæ, per præsentem facultatem concedo utendi dicto Privilegio. In quorum fidem has mea manu subscriptas, & Offi-